



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

128. Timor mortis ex peccato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Psal. 35.

uiam atque te est fons vita; hic etenim par- A
vus, statimq; deficiens vitæ rivulus fluit,
ibi ibi fons vita, &c?

Timor mortis ex peccato.

PVNCTVM CXXVIII.

*Luc. 7.
Mors à peccato
habet, quod
terreat.*

*Gen. 4.
Mortis horror
quanius in
Cain.*

Philo.

Et ecce defunctus efferebatur. Vbi agitur de morte, id sit admiratione, terrore: Ecco. Cur tam terribilis mors? cur ad solum mortis nomen trepidamus, aut imagine, aut imaginatione contremiscimus?

Cain: Omnis, qui invenerit me, occidet me; timore mortis perterritus toro corpore contremiscens, adeo ut teste Philone ad suum refugium horrore mortis septem considerit civitates, tantus invaserat eum horror mortis, quam Dominus ei comminatus fuerat. Si male egeris, statim in foribus (tui exitus, ac d' seclusus à corpore) peccatum tuum aderit. Sic semper imaginem mortis gerens demissio capite, quod curvatam haberet conscientiam, vagus, & profugus erat super terram: offendebatur nimis sibi ultrix sui imago peccati, ut dicit Ambros. nec quietum reum esse permittebat.

*Ezech. 16.
Septuag.
Ezech 2.
Theod. &
Hier. ibid.*

*Dan. 5.
Mortis imago
quantum pa-
vescere Bal-
zasharem.*

Et tu porta confessionem tuam. Sept. Et tu porta tormentum tuum. Sic ubi nos legimus: Si justus sacerit iniquitatem, ponam eorum offendiculum. Theod. & Hieron. legunt: Dabo tormentum in faciem ejus.

Convivabatur ille cū mille suis Optimis, uxoribus, & concubinis, templi vasa sacra profanans: at ecce digitis scribentes. Mori sola mortis imaginatio faciem Regis immutaram vidiles, animum cogitationibus conturbatum: Complices renuncij solvabantur, & genua illius ad se invicem collidebantur: & licet stipatus convivarum caterva, licet clamarent: Rex, in eternum virve, non te con turkent cogitationes tuae: horribilis tamen visâ terrebatur imagine mortis: hinc scilicet, quod videre coepit, contra candelabrum, id est, coram candelabro, suas ebrietates, sua sacrilegia, hinc terrores, Dabo tormentum in faciem ejus. Omnis qui invenerit me, occidet me.

A Ex peccato, Fratres, nascitur terror mortis. Iob: *Et formido tua non me ter- Iob 13.
reat. Sed unde tibi formido? Ex pecca-
to: Quantas habeo iniquitates, & peccata?
secula mea, & dilecta mea estende misericordia q.d.
Si quid in proximum inquitatis, si quid
in te sceleris, si quid in me peccati, si quid
omisi sub nomine delicti, ut optimè hic
distinguit D. Th. nelcio, tu ostende mihi, hinc enim solum formido. Enī tu
timor mortis facit distinguere, quod in vi-
ta complicatur, &c.*

*Mortis vicina
metus peccata
distincte co-
gnoscere facit.*

*Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentia mea. Sentio, quod me vis consumere, id est, ad extremam consumptionem, redige-
re. Peccatus adolescentia, id est, propter peccata adolescentiae. Existimant quidam juxta Sept. *Imposuisti mihi peccata Septuag.
juventutis;* de filiorum juventum pecca-
tis sibi metus imputatis intellexisse, quod
vel filios non ita in officio continuauerit,
vel frigidus, quam parerat, corum ad-
olescentia errata ex illis conviviis pra-
ferrim increpasset. Communis exposi-
tio est, de se loquuntur, in operibus scili-
cer pietatis obeundis, & recte rationis
lege non sic perfecte, ut verebatur, ru-
dioribus annis ambulasse, aliquid fortasse
ei tunc temporis defuisse, aliquid omis-
sse, & in vita extremo postum, talem
de divina justitia visionem habuisse, ut
dixerit: *Consumere me vis peccatis adolescen- Mortibundos
tias.* Putat ille, dum suam præsentem senes peccata
vitam considerat, se nihil habere peccati: adolescentia
in hora mortis sentiet, Deum se velle afflictare &
consumere peccatis adolescentia. *lent.**

*Posuisti iniquitates nostras in conspectu Psal. 48.
tuo, saculum nostrum in illuminatione vultus
tui. Paraph. Camp. Collocasti iniquitates Camp.
nostras è regione tibi, & peccata, qua nos pro-
occultis habuimus, & in adolescentia commi-
simus, ipsa luce manifestiora sunt in conspectu
tuo. D. Hieronym. loco, saculum nostrum,
legit, negligentias nostras. Heu! Domi-
ne, vel negligentias? &c. Felix, Occulta Felix
nostra, vel juventutem nostram quod ex-
ponit, peccata juventutis nostra, juxta
Chaldæum: *Iniquitates juventutis nostra.* Chalda.
Vnde alibi exclamat: Delicia juventutis Psal. 24.
mea, & ignorantias meas ne memineris, Do-
mine,*

Greg.

mine. Vbi Greg. Considerandum, quantum sine gravia peccata secundum, si & illud sic justi metuunt, quod in infima extare deliquerunt. Si sic formidanda peccata juventuris, que vel flagitatis, vel ignorantiae, vel maximae sunt passionis, ac proinde parum respectivè deliberationis habent; quid erit de peccatis virilitatis, ac senectutis ex plena deliberatione, & malitia oriundi?

Job. 7.

Ponisti me contrarium tibi (in hora mortis) unde in agonia, factus sum mihi mortificatus. Hinc terrores, hinc dolores, hiac cogitationes, hinc sudores, hinc lacrimæ. Unde? Cur non tollis peccatum meum, & quare non ausers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam.

Job. 17.

Cogitationes meæ dissipati sunt, torquentes cor meum. Loquitur in persona ejus, qui hic altas fixit radices, qui suas hic omnes habet cogitationes, qui plantatas in corde habet terre cogitationes, quas singulariter evellit mors, nunc spem vitæ naturæ sic radicibus firmatam, nunc amorem uxoris, & filiorum, nunc affectum rerum, ac divitiarum, nunc cogitationum, negotiorum dignitatum.

Psal. 75.

Chald.

Alii.

Sed valde cœ-
cibiliter.

Septuag.

D. August.

Vatab.

Terribilis, & ei, qui aspergit spirillum Principum. Chald. Qui comprimit tumorem Principum. Alii: Qui aspertit saenum, arrogantiam, animositatem Principum. Quan- tum vero doloris inferant hujusmodi evulsiones, non dentis ex gingiva, sed spesi, cogitationum, consiliorum omnium, ac reliquarum omnium voluptam in natæ cupiditatæ ex terreno hominis eorrede cum impetu, & disruptione, intelligere est ex lectione Sept. Rupti sunt, seu effracti sunt articuli cordis mei. D. August. Convulsæ sunt compages cordis mei. Sunt enim hujusmodi inimicæ cogitationes & affectiones, veluti cordis articuli, & compages, & veluti partes, & membra ipsius cordis: cum vero haec cogitationes convelluntur, eradicanter inenti cum violencia, oportet cor ipsum eradicare, discerpi, dilacerari. Hinc juxta Vatab. dolent: Conatus mei intercepti sunt: conarus feliciter faciendo supra vires, Intercepti sunt, rupti sunt. Torquentes cor meum.

A Non amittitur sine dolore, quod cu[m] amore possidetur. Aug. Dolor, sicut amor: Aug. unde corpore semel in oriente, cor roties moritur, quorū easunt, quæ inordinate diligunt. Cor meum. Hebr. Professiones cordis Hebr. mei. In Gen. de subreptis idolis Laban ad Gen. 11. iuxta Jacob: Furatus es me. Pagnin. Furatus es Septuag. cor meum. Chald. ubi nos legimus. Cor Pagnin. meum: legit, tabulas cordis mei: quicquid Chald. scilicet in corde scriperam, testamenta, cogitationes, conatus, &c. intercepti, rupti, dissipati: non enim hora corrigit, quod longa visa cogitavit, &c.

B Patriarcha Jacob moriturus, in lectu. Gen 49. lo ut se composuit, ut manibus, pedibus. Jacob cur perque junctis viram finitur? O mortem iudiciorum! Collegit, inquit, pedes suos super lectulum, & obiit. statum. Ex instituto, & habitu ante ævum vite facilimè egit tunc, quod semper egit, et si in optima terra Geslen, et si in summa filii gloria, & felicitate, ab effeta tamen rerum harum immunis. Collegit pedes suos super lectulum, & appositus est ad populum suum. Interl. Ad Angelorum frequentiam. Vbi Carthus. Creditur mox, ne Chart. ibid. tacto Purgatorio, et si uxoratus, & cum Absq. Purgatorii filii in sæculo, vir Dei tanto prædictus torio in Limbum perlatu.

C D Ut in suo munere vel moriens persistebat, ut sensibus integris, ut collectus Congregamini, filii Jacob, iterum dico, quod semper prædicavi congregamini. Vox Patris ut viventis, sic morientis ad filios: Congregamini, non separamini. Qui propter eam non reliquit eis occasio nem separationis & licium, sed benedictionis, &c. Et expletis benedictionibus, appositus est ad populum suum.

E Cum hac quiete, & securitate moriatur justi. Quid mirum? Peccatum non habent, quod est causa timoris. Ex quavis alia causâ natu[m] timores nihil sunt. Vide Timor altitude deant facies Dæmonum, sed non videat quam à peccata faciem horrendissimam peccati; timor tonatus, non non est timor. Job: Non peccavi, & in est timor. amaritulibus, moriburocales meus. Ama- Job. 17. ritudines vocat lacrymas mortis in ago- nia. Sept. Preces adhibeo cu[m] labore, talis scil. Sept. est conflitus Dæmonum, talis morbi vis, ut vix meditem colligere queam. Vatab. Cogor

Cogor praesentes illujores intueri, qui mihi Amarissimi, & molestissimi sunt. Sed quoniam dixerat: Non peccavi; confidenter adjungit: Pone me fuxiata, & cujusvis manus pugnet contra me.

Peccatum solam, aliud nihil nocere moriturum potest.
Iob. 33.
Sept.
Nicetas.

Iob. 38.

Rom. 5.

Sap. 2.
Gracè.
Budsus.

Psal. 139.
Chalid.

Hebr.
Aug.
Genebr.

2. Reg. 1.
Hebr.

Peccatum solū angustavit Saulem, cū animam ageret.

Sed peccatum non adsit, nihil tibi in horā mortis nocebit, et si circumcircā habebas Infernum totum. Si fuerit pro eo Angelus loquens unius de molibus, ut annunciet homini squitatē. Sept. Si fuerint pro eo Angeli moriféri, unius eorum non vulnerabit eum. Vbi Nicetas: Qui extremitas cruciatibus exercetur, si perpeccutionis sua causam in peccato consistere intellexerit, atque ad Deum de errato suo confessus, se converterit, impendentem mortem (spiritualem, si non temporalem) inhibebit, etiam si sexcenta sint, quæ mortem accer- sánt, atque lacessant.

Idem in Iob: Nunquid aperta tibi sunt portæ mortis, aut ostia tenebrofæ vidisti? Quænam hæc? peccatum. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Peccata sunt ostia tenebrofæ. Deus creavuit hominem inextermi- nabilem. Gracè: Ut incorruptibilis esset. Budæus: Ad naturam non interituram. Mortem enim non fecit, sed homines manibus, hoc est, malis operibus, & peccatis accer- sierunt illam, &c.

Vir linguis non dirigetur in terra, virum iniquum mala capient in inferno. Chalid. Vir delatur lingua tripli, non habitare poteris in terra viventium, virum prævum, & malum venabuntur Angelus mortis, & detrueret in gehennam. Hebr. Virum iniquum ma- lum venerabitur in propulsiones, & ruinas. Aug. Virum iniquum mala venabuntur in inferno. Undique scilicet mala exurgent, ut venentur, ac inventant peccatorem, ut cum in gehennam ducantur.

Peccatum conicit morientem in angustias. Saul ad armigerum: Sta super me, & interfice me, quoniam tenet me angus- tia. Hebr. Quia tenet me corona.

Quid sibi vult? nunquid regnum à Deo non acceperat! Ah, Tenet me corona; Voluisse scilicet coronam hanc quondam contra Dei mandatum à memetipso in capite detinere, dum scilicet nō expecta- ret.

vi Prophetam, sed timens, ne populus dilaberetur, Rexque sine populo essem, sacra feci: hæc me tenet corona, hoc est, offensæ omnes divinae Majestatis, postquam hanc habui coronam in capite, sunt meæ mortis angustiaæ.

Ex peccato, Fratres, est timor mortis. Concludam⁹: Peccatum me quotidie, & nō Ref. 7. Offic. me pœnitentem, timor mortis conturbat me. Defunct. Et Sap. 3. Iustorum anima in manu Dei sunt, Sap. 3. & non tangit illos tormentum mortis. Alii: Et non tangit illos tormentum malitia. Et, pro quia id est, non tangit illos tormentum mortis, quia non tangit illos tormentum malitia: ubi enim malitia non est, tormentum non est, &c.

Antithesis de peccatorum, & ju- storum morte.

PVNCTVM CXXIX.

VEnit finis tuus pedalis præcisionis tuae. Quid hic sibi vult Propheta? Sub arboris metaphorâ loquitur de morte peccatoris, quam præcisionem pedalem ap- pellat. Illic arborem vidistis? Ramum Mors pedale illum præcide, imperat Dominus. Post præcisionis ha- tempus: Et illum præcide. Sic alias ministris, alium. Tandem ad radices: hic est finis pedalis præcisionis sua. Sic, sic cum pec- catore Deus. Radices hic egit peccator, affectus in terra defixit: arboris rami sunt filii, uxor, hæc, quæ possidet, bona terræ: filium auferit, ramum præcedit. Sed melior hinc ipse non sit: alium ad se colligit, ramum alium præcedit, &c. Sed quoniam deteriore sit, ad arboris pedem ponit se- curim. Venit finis tuus pedalis præcisionis tuae. Id, quod evenit evangelicæ arbori pri- mū aliquamdiu expectatae, & postmo- dum succise.

Impii de terra perdentur, & qui iniquæ Prov. 2. agunt, auferentur ex ea. q. d. Non exciden- Salaz. ibid. tur solū præcisum ramis, sed stipite, atq; radicibus crutis extirpabuntur: quod Chalid. Chaldaeus vertit: Eradicabuntur ex ea. Heu,